



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 49. Theodosius Victor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

quæ tunc per ætatem intelligere nequi-
bat. Hoc opus nobis non superest, sci-
mus tamen, S. Ambrosium in eo de mi-
raculo nullam fecisse mentionem. Medio-
lanum rediit, comperto, inde Eugenium
profectum, ut in Theodosium moveret.
Urbem ingressus est circa initium Aug.
anno 394. ibique Imperatorem expecta-
vit, cui tribuendam a Deo victoriam fir-
missime confidebat.

Sæculum IV.

A. C. 394.

Paul. n. 31.

Ambr. ep. 61.

n. 1. 2.

§. XLIX.

Theodosius Victor.

Theodosius, omnibus per totam hye-
mem ad expeditionem comparatis,
& Galla, prima uxore sua, privatus, quip-
pe ex puerperio decessit, Constantinopoli
ambos filios Arcadium, & Honorium,
cum Ruffino Prætorii Præfecto reliquit,
qui in Oriente rebus præessent. Hono-
rium decima Januarii anno 393. Augu-
stum edixerat. Anno sequenti 394. ver-
nante, Constantinopoli profectus est, Ar-
cadio tertio, & Honorio secundo Consu-
libus. Constantinopoli egressus, ad lo-
cum, quem Hebdomon dicunt, in Eccle-
sia, a se S. Joannis Baptistæ honoribus ædi-
ficata, substitit; hujus Sancti precibus
armorum suorum Successum commenda-
bat, & efflagitabat auxilium. Locus iste
Hebdomon dicebatur, quod septem mil-
liariis Constantinopoli distaret. Theo-
dosius

Zos. l. 4.

p. 777.

Honorius
Augustus.

Socr. V. c. 2.

Claud. de
tert. Conf.

Hon.

Soz. VII.

c. 24. Soz.

VII. c. 21.

Chr. pasch.

an. 391.

T t t 3

dosius

Sæculum IV. dosius S. Joannis Baptistæ Caput illuc at-
 A. C. 394. tulisse dicitur, in vico prope Calcedonem
 inventum, quo sub Valente allatum fu-
 Zof. l. 4. p. 778. isset, & a Presbytero, nomine Vincentio,
 atque Virgine, nomine Matriona, custodi-
 tum. Ambo Sectæ Macedonii adhare-
 bant, & Matriona quidem in suis errori-
 bus perseveravit, at Vincentius, ad fidem
 conversus, Imperatorem secutus est.

Theodosius in Italia adveniens, in Al-
 pes vi penetrat, & omnibus Eugenii vi-
 ribus, in campo Aquilejensi collectis, oc-
 Sup. l. XI. currit. Barbarorum auxilia, quibus Gai-
 s. 39. nas præpositus, prælium inire jubet, hi
 post diuturni conflictus acerbitatem ho-
 stium vim non tulerunt; vicit Arboga-
 stus, qui primas Eugenii copias in aciem
 eduxerat. Decem Gothorum millia cæ-
 sa. Bacurius Princeps Iberus, qui a mul-
 to tempore cum Romanis militabat, for-
 titudine, & pietate insignis, strenue pug-
 nans, cecidit. Nox irruens acies dire-
 mit, & Eugenius, debellatum Theodo-
 sium æstimans, bene meritis præmia di-
 stribuit, militesque, ut cibo, & quiete
 corpora reficerent, dimisit. Interim mon-
 tium fauces occupari jussit, ut incluso
 Theodosio nequidem fugæ spes super-
 Theod. V. esset. Theodosio copiarum Duces sua-
 debant, ut modo copias reduceret, ulti-
 mamque belli fortunam in annum sequen-
 tem experiri differret; ipse edixit, se ve-
 ro

ro non concessurum, ut crucis Signum, Sæculum IV.
 quod militibus suis præferebatur, ante A. C. 394.
 Herculis Idolum, Eugenii signum, fuger-
 ret. Itaque quamvis pauca superessent
 copiae, & pavor animos invasisset, subsi-
 stere statuit. Illa nocte in facellum, in
 vertice montis, quem castris tenebat,
 exstructum, secessit, ubi nec cibum ca-
 piens, nec quietem, prostratus in terram,
 quam lacrymis humectabat, orare perse-
 verabat; tandem defatigatus, tempore,
 quo cantare Gallus solet, in somnum in-
 cidit, sibi que duos viros conspiceri vi-
 sus est, vestibus albis, & albi etiam colo-
 ris equis vectos, qui ipsum hortarentur;
 bono animo esset, milites arma capere,
 quamprimum illucesceret, juberet, aciem
 instrueret, ambos se in ejus auxilium
 missos, & unum quidem Joannem Evan-
 gelistam, alterum Philippum Apostolum
 esse. Post hanc visionem Imperator mul-
 to ferventius oravit. Militi cuidam ea-
 dem visio hac nocte objecta erat, is, quid
 vidisset in somno, Centurioni aperit, Cen-
 turio militem ad Tribunum ducit, & Tri-
 bunus ad Legionum Præfectum, qui rem
 ad Imperatorem defert, ratus, se rem
 novissimam Theodosio afferre; respon-
 dit Theodosius: *non propter me huic mi-
 liti futurum revelatum est; de victoria
 satis certus sum, sed ut eorum, quæ mihi
 primo revelavit Deus, præter me alium*

Ttt 4

quoque

Sæculum IV. *quoque testem habeatis. Ergo alacriter*
 A. C. 394. *in hostem eamus, Sanctorum auxilio tuti,*
nec majorem ex parte adversa stantium
numerum, sed Sanctorum, qui nobiscum
dimicaturi sunt, potentiam cogitemus!

Theodosius Ita excitatis suorum animis, de monte
 Victor. descendens, hostibus imminebat. Tunc
 vero dignum constantia sua periculum

Soz. VII. advertit, dum vidit Eugenii copias, col-
 c. 24. Oroj. lem tenentes, ut suorum terga, quamprimum
 VII. c. 35. cœpissent cum hostibus a fronte

stantibus configere, invaderent. Hæc
 eo cogitante, Arbetion illarum copiarum
 Dux, Imperatoris reverentia motus, ad
 legitimi Domini partes concedit; plures
 alii, ubi datum pugnae initium est, cla-
 rissimi viri exemplum secuti, vires suas,
 & obsequia Theodosio detulerunt, si mo-
 do stipendia, & honores, viris militaribus
 dignos, esset concessurus; promisit ipse,
 quæ petebant, militiæ munera. Tunc
 Ambr. de ob. Theod. n. 7. conspiciens locorum angustiis, & impe-
 dimentis suorum impetum retardari, ho-
 stemque, ut loci iniquitate deprehensos
 aggrediretur, festinare, equo desiliens,
 solus ante signa processit, dicens: *ubi est*
Theodosii Deus! his verbis omnibus suis
 animos addidit. Eugenius, ut Theodo-
 sium ex equo descendere vidit, suos pro-
 gredi jubet, & ipse in colle subsistens, ait;
 Theodosium ultro in mortem irruere,
 mandatque, ut vivus, & vinculis confri-

ctus,

ctus, sibi adduceretur; ut vero utraque
 acies intra teli jactum fuit, violentus ven-
 torum turbo derepente exortus Eugenii
 copiis oculorum usum eripuit, emissa ja-
 cula in emittentes retorquebantur, terræ
 pulvere excœcabantur, scuta manibus
 excutiebantur, aut in eorum, qui fortius
 ea tenebant, vultus impingebantur; tan-
 dem procella victi ordines laxaverunt.
 Theodosii militibus non modo sæva tem-
 pestas non nocebat, sed juvabat, quippe
 emissas sagittas, ultra quam vires huma-
 næ potuissent, impellebat; ipse Claudia-
 nus Poeta, licet Ethnicus, agnovit, Cœ-
 lum hoc in bello pro Theodosio decer-
 tasse. Itaque Eugenii militi animus de-
 fecit, pars terga dare, pars arma ponere,
 & veniam a Theodosio implorare. Ei
 jucundum accidit, victis parcere, jussit-
 que, ut in conspectum sibi sisteretur Eu-
 genius. Is suos videns in collem, ubi
 erat, eniti, & ad se festinare, interroga-
 bat, num vincitum Theodosium traherent?
 ipsi dixerunt: *adsumus, ut te ipsum capia-*
mus; simul purpura, & aliis ornamentis
 exutum, manibus a tergo ligatis, Theo-
 dosio sistunt. Theodosius obnoxio Va-
 lentiniani necem, usurpatum per nefas
 Imperium, sanguinem tot millium homi-
 num injusto bello effusum, atque spem
 suam in Herculis Idolum superstitione po-
 sitam exprobravit. Eugenius, ad Theo-
 dosii

Sæculum IV.
 A. C. 394.

Claud. de 3.
 Conf. Ho-
 norii.

Eugenius
 victus &
 occisus.

T t t 5

dosii

Sæculum IV. **A. C. 394.** **dosii** pedes prostratus, servili vecordia vitam rogabat; frustra rogantis caput, jubente Theodosio, a cervice revulsum, milites hastæ imponunt, & per castra circumferunt. Ad tristem aspectum copiæ devictæ deditioem fecere; tumque victores, victosque fors una conjunxit. Arbogastus abjecta spe veniæ per invidiosum juga fugiebat, sed prævidens, se persequentium manus non posse effugere, duobus gladiis meritum pectus perforavit. Ita occidit parricida, biduo post pugnam, quæ inita fuerat sexta Septembris, Arcadio tertio, & Honorio secundo Consulibus, id est, anno 394.

Socr. V. c. 25. Eadem die ferunt, Energumenum, cum Ecclesia prope Constantinopolim, quæ Hebdomon dicebatur, exiret, in aërem sublatus, cœpisse S. Joanni Baptistæ convicia dicere, sine capite truncum appellare, & clamare: *vincis trunco! & milites meos seducis!* adstantes, ea, quæ in bello gererentur, scire avidi, diem annotarunt, & post modicum tempus, id eadem die contigisse, qua commissum est prælium, ab iis, qui interfuerant, compererunt.

Soz. VII. c. 24. Theodosius Jovis Idola, in Alpibus erecta, dejici jussit, atque quibusdam ex Proceribus jocantibus, gratissimum sibi fore feriri talis Jovis fulminibus, quippe ex auro erant fabricata, ea Regia munificentia donavit.

Aug. V. civit. c. 26. §. L.